



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XXI. De Aedificatione Molendini & destructione ipsius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CHRONICI PRUSSIÆ.

105

Hermannus de Saltza IV. Ord. Teut. Magister Generalis.

Hermannus de Balke I. Magister Provincial. Prusse.

neo obsessorum violenter expugnaverunt partim hominibus
captis, aliis trucidatis; qvo facto, Fratres DEO gratias referen-
tes dictum castrum Au. Dn. MCCCXXXIX, cum suis armigeris
inhabitabant, & ibi contra dictos Pruthenos prælia Domini Dei
exercituum gloriiosius præliabantur.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Vid. Animadversiones in Caput proxime præcedens.
(b) Podavv nominatur à Thoma Waisielio pag. 51.

CAP. XX.

De,

Obsidione Castri de Balga.

Hoc eo tempore anno
vertute die Jus-
ni in mensie
Pyopso quidam Pruthenus Capitaneus War-
fuit Eclipsis miensium, congregata omni potentia exercitus sui,
solus maximus et
dictum Castrum Balgam obsedit, & quia caput fuit
estiam stellæ pos-
sent Sideri sic aliorum, ipse ut Dux belli præ aliis in prælio se vo-
ut in crepusculo. luit ostentare & appropinquans cujusdam fratri
telo percussus in terram decidens exspiravit, de qvo facto alii
perterriti infecto negotio recesserunt.

CAPUT XXI.

De,

Ædificatione Molendini & destru-

ctione ipsius.

Hoc tempore plures nobiles & potentes Viri de Warmia vi-
dentes DEUM pro fratribus pugnare compuncti sunt, &

O

cum

Hermannus de Saltza IV. Magister Ord. Teut. Gen.
Hermannus de Balke I. Magister Prussiae Provincialis.

cum omni Domo & familia sua se ad fratres
de Balga transtulerunt, de qvorum adven-
tu fratres confortati, ædificaverunt molen-
dinum extra Pontem Paludis juxta strata-
nunc publicam super qvodam flumine, & firmantes illud ad mo-
dum castrī, reliquerunt ibi duos fratres & multos armigeros pro
custodia ipsius. Qvod castrum Prutheni postea cum valido
exercitu obsidentes expugnaverunt & occisis fratribus & armi-
geris in cinerem redegerunt.

An. Domini MCCXL.
Cælestinus Papa IV. &
Fridericus II. Impera-
tor regnaverunt.

CAP. XXII.

De Religiosa Vita Fratrum de Balga.

Qui Valis vitæ Puritas qvantaqve virtus abstinentiæ & qvantus
rigor regularis fuerit disciplinæ inter fratres de Balga & de
aliis castris prædictis, nemo novit, nisi ille, cui omne Cor patet &
qvem nullum latet secretum. Oratoria nunquam vel raro
fuerunt sine Oratore, nec erat angulus in dictis castris, in quo
post Completorium & preces matutinas non lateret frater ali-
qvis qvi (a) virgis affligeret corpus suum. Ad castrum (b) En-
gelsberg venerant qvidam religiosi Viri, qvi dum viderent sta-
tum & conversationem fratrum ibidem, qvæsiverunt qvod esset
nomen castrī, qvibus dum diceretur Engelsberg i. e. qvod mons
angelorum vocaretur. Responderunt verè nomen habet à re,
qvia habitatores in eo Angelicam ducunt vitam.

ANIMADVERSIONES.

AD CAP. XXII.

(a) Flagellationem ejusmodi priscis Ethnicis non fuisse incognitam, do-
cemur Exemplo Sacrificiorum Baaliticorum in veteri Fœdere

(i. Reg.